Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



101

Et uidentes eum adorauerunt
quidam autem dubitauerunt. Et
accedens ihesus locutus est eis di
cens. Data est mihi omnis po
testas in celo et in terra. Euntes
ergo docete omnes gentes. baptisan
tes eos in nomine patris et filij et
spiritus sancti. Docentes eos
seruare omnia quecunque mandaui
uobis. Ecce ego uobiscum sum
omnibus diebus usque ad consu
mationem seculi. Off. Sint nobis
hodie memoriale alleluia et diem festum
celebrabimus sollemnem domino in generi
bus uestris legitimum sempiternum diem alle
luia alleluia. Secr. Hostias quas
tibi placatus assume. eis et pro
uenientes expiationem petimus defer
mus: et pro acceleratione celes
tis auxilij. P. Com. Data est
mihi omnis potestas in celo et in terra
alleluia euntes docete omnes gentes bapti
santes eos in nomine patris et fi
lij et spiritus sancti alleluia alleluia. Pul.
Respice quesumus domine populum tuum. et
quem eternis dignatus es renouare mysteriis
a cunctis eum reddere dignaueris absolue. P. Sabbo.
Dixit dominus populum suum ex
ultatione alleluia et electos
suos in letitia alleluia alleluia. Ps. Con
fitemini domino et inuocate nomen
eius annunciate inter gentes opera eius. Or.
Concede quesumus omnipotens de
ut qui festa paschalia pe
ncuntes agimus per hec perpetue
ad gaudia eterna mereamur. P.
Primi. Deus. Lectio petri ap.
Rientes igitur omnem malitiam
et omnem dolum: et simulationes
et inuidias. et omnes detractio
nes. Sicut modo geniti infan
tes. rationabiles sine dolo. lac
concupiscite. ut in eo crescatis in
salutem. Si tamen gustastis
quoniam dulcis est dominus. Ad quem
accedentes lapidem uiuum. ab ho
minibus quidem reprobatum. Ad
eo autem electum et honorificatum. Et ipsi tanquam lapides ui
ui superedificamini. Domus
spiritales. sacerdotium sanctum. et spi
ritales hostias offerentes. ac
ceptabiles deo per ihesum xpm. prout
quod continet scriptura. Ecce po
nam in syon lapidem summum
angularem. electum pretiosum
et omnis qui credit in eum non
confundetur. Vobis igitur ho
nor credentibus. non credentibus
autem lapis quem reprobauerunt
edificantes. hic factus est in
caput anguli. et lapis offen
sionis et petra scandali. Hys